



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nomenclator Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Qvi
Ab Anno Christi Millesimo quippiam commentati sunt, Sev
Ab Eo Tempore quo Pontificis electione ad eos tantum ob
Romani cleri multitudinem ...**

**La Rocheposay, Henri-Louis Chasteigner de
Tolosae, 1614**

Alexandrij II. Temporibus clari.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10735

8 *Nomencl. Sanctæ Romanæ*

peratum opus, integrę vix hebdomadæ interiectu, elaboratum.

De corpore Domini seu veritate sacramenti Eucharistiæ.

De virginitate Beatæ virginis Mariæ.

De electione Romani Pontificis.

Contra Henricum Imperatorem.

De Musica Dialogum.

De diuersis dictaminibus & salutationibus.

De Dialectica.

Passiones sanctorum Modesti & Cæsarij.

Vitam S. Dominici Abbatis.

Vitam S. Scholasticę Virginis, & Homiliam de eadē.

Hymnos de Paschate, de Ascensione, de Cruce, de die iudicij, de pœnis inferni, de Assumptione B. Mariæ, de S. Paulo, de S. Apollinare, de S. Nicolao, & de Sancta Scholastica, de qua & versus nonnullos edidit.

Rythmos de gaudio Paradisi, de die mortis, & de Monachis ad Petrum Episcopum Ostiensem Cardinalem.

Epistolasque ad diuersos. Floruit anno 1056.

THEODINVS SANSEVERINVS ex Comitibus Maiorum Cardinalis, scripsit, vt refert Vuion, sermones de S. Placido.

*ALEXANDRVS II. TEMPORIBVS
clari.*

GVITMVNDVS Archiepiscopus Auersanus Gal-
lus, cuius opera in indice Bibliothecæ veterum Patrum
Cardinalis titulo insignita sunt: Ingruente Berengaria-

na hæresi, scitissimè scripsit

De Corporis & Sanguinis Christi in Eucharistia lib.

3. aduersus Berengarium, quem errati admonuit.

Confessionem de S. Trinitate, Christi humanitate,

Corporisque ac sanguinis Domini nostri veritate.

Orationemque ad Guillelmum I. Regem Anglorum

cum Episcopatum recusaret. Claruit anno 1060.

A GREGORIO VII. CREATI.

OTH O ex Oppido de Chastillon diœcesis Rhemen-
sis Gallus, Cardinalis, qui postea Urbanus Papa 2. scri-
psit

De iniuriis sibi ab Henrico Imperatore illatis.

Orationes 3. in Concilio Claromontano habitas, qua-
rum duashabes apud Tyrium & Malmesburien-
sem, Tertia vero in Vaticana Bibliotheca asserua-
tur.

Epistolas plures ad Mathildem Comitissam, Alexiũ
Imperatorem Constantinopolitanum, Yuonem
Carnotensem & alios, quarum extant viginti apud
Baronium.

Contra hæreticos quædam, vt auctor est Platina.

Registrum vt refert Petrus Diaconus.

Præfationem Missæ quæ incipit. *Et te in ueneratione*

B. Mariæ semper virginis collaudare.

Et alia quædam. Obiit Romæ anno 1099.

DEVS DEDIT Cardinalis S. Petri ad vincula tit. S.
Eudoxiæ, scripsit.

De Schismaticis & Symoniacis eruditum opus.

Canonum Ecclesiasticorum per capita compendiu,